a) post. corr. manu in supani — ~~dicunt. ute, personam cum man. ut: supani~~ — pugne

b) recius c. — [posset

9 9 c. (qua)

d) ita c. — pugn.

a. R.: Phitonissa cum aqua in cribro.

d) q̃dam (= quendam) c.

e) p̃mittebat c. — ~~pmit culpa pm.~~

d) seq. inf. del. — e) ~~supanus~~ corr. in supanus post. manu — pugn.

+ MCCLXII c.

cz. ? c. t.

Misni

venire moliebatur. Unus vero eorum, qui Supani [a] dicuntur, vehementer ei cepit obsistere, monens, ne tempus pugne statutum preveniret, quia hoc factum nullius quam infidelitatis nomine recius [b] appellari [c] posset. Quem cum timiditatis causa dux argueret et fidelitatis iuramento, quo [c] ei teneretur, commoneret [d], respondit: "Ego quidem ad pugnam pergo, sed scio me patriam meam de cetero non visurum." Habebant autem ducem belli phitonissam quandam [d], que de flumine cribro haustam aquam nec defluentem deferentem exercitum precedebat et hoc signo eis victoriam promittebat [e]. Nec latuit marchionem adventus eorum, sed mature suis armatis et ordinatis occurrens forti congressu omnes in fugam convertit, phitonissa primitus [d] interfecta. Ille etiam supanus [e] viriliter pugnans cum multis aliis interfectus esset, nisi hora tardior fugientibus presidium contulisset, cruentam victoriam fieri contigisset. Multi tamen ex eis, cum fugerent, mersi sunt in paludibus. Marchio post victoriam reversus castrum cepit, auctoribus eius suspendio condempnatis. Facta sunt hec MCCLXII. Conradus hic marchio Lusacie comes de Rochelitz, de Grotz, Ylebörg et Landsberg mortuus fuit sine heredibus masculis anno domini MCCX. Cuius marchiam iam Lusacie Theodericus marchio Misnensis, filius Ottonis marchionis, fundatoris Cellensis cenobii, redemit ab imperatore Hinrico VI pro XV milibus marcarum argenti. X persolvit, V fertur sibi remisisse. Et sic tercio marchia Lusacie ad principes